



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Quomodo fit hoc praeceptum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

**m**inis. Ergo è regione quærendum est, quos bonos usus præcipiat.

**Quos bonos usus diuini  
nominis præcipit?**

**E**x, uidelicet inuocationem, gratiarum actio-  
nem, glorificationem, confessionem, doctrinam,  
fidem iurisiurandi. Inuocatio oritur ex fide, quia  
enim credimus quod sit Deus, quod exaudiat,  
quod uelit saluare, ideo inuocādus est. Discamus  
igitur hoc loco præceptum Dei esse, ut inuocē-  
mus et oremus ipsum. Et hunc cultum inter sum-  
mos esse quem soli pijs præstant.

**Quomodo fit hoc præceptum?**

**N**on potest fieri sine agnitione Christi,  
quia in inuocatione obstrebit nobis indi-  
gnitas nostra, et conscientia agnoscens  
peccata sua, non audet sperare et petere bona a  
Deo. Ideo necesse est scire quod propter Christū  
pater sit propicius, et ignoscat nobis, quod pro-  
pter ipsum certo exaudiatur, et quod ipse sit po-  
tifex, qui interpellat pro nobis, et nostras preces of-  
fert patri. Hæc fides in Christū in oratiōe adden-  
da ē, ita et hic uidemus legē nō fieri sine Christo.

Gratiarum actio est externa professio, quæ  
etiam oritur ex primo præcepto. Nam suprà præ-

B A cipitur

cipitur ut mens agnoscat Deum esse creatorem,  
saluatorem, & autorem omnium bonorum, Ac  
propterea deberi ei gratitudinem & obedi-  
tiam. Hic igitur præcipitur externa prædicatio  
beneficiorum Dei, ut alios inuitemus, ut & ipsi  
sentiant Deum esse creatorem, saluatorem, auto-  
rem beneficiorum, & incipient cum timere, &  
illi credere.

**Glorificatio.** Glorificatio est uitare blasphemias & scanda-  
lum, & referre omnes actiones eò, ut exempla no-  
stra præluceant alijs, inuitent eos ad pietatem,  
ornent gloriam Dei, reddant gratiorem & com-  
mendatiorem doctrinam, sicut præcipit Christus, Luccat lux uestra coram hominibus.

## PECCATA CONTRA

secundum præceptum.

- I      Omittere inuocationem Dei, & gratiarum actionem.
- II     Inuocare idola & sanctos.
- III    Falsam doctrinam spargere aut defendere, et ueram deprauare, calumniari, obscurare.
- IV    Impios cultus instituere aut retinere.
- V    Non confiteri ueram doctrinam cum interrogamur.
- VI   Non docere Euangeliū ubi postulat uocatio.
- VII   Non consulere ambigenti Ecclesiæ, nec dijudicare